

Hic, quia pro libertate ecclesie labora-
bat, a quodam Rodaldo Longobardo
Duce Forojulii occisus est; quo omnia
ejus bona ecclesie per sententiam princi-
pum confiscata fuerunt, ut inferius patebit.

Ursus patriarcha sedit annis XXIII.
Hic tempore Berengarii secundi totus
Deo deditus multas gerens solitudines et
labores pro ecclesia Aquilegensi in civitate
Austria felici pace quiescit et fuit circa
annos VIII XXVIII.

Lupus patriarcha, sicut in antiquis Croni-
cis reperitur, sedit annis LVI; sed non ita
reperitur in privilegiis autenticiis, cum Be-
rengario III qui fuit anno domini VIII XXXI
multa privilegia concesserit patriarche Hen-
gelfredo nec non Rodaldo successoribus
suis et largas fecerit donationes.

Hengelfredus patriarcha quanto tempore
sederit, non est certum, sed quod Berenga-
rius et Otto prius multa privilegia ecclesie
Aquilegensi tempore istius contulerint, —
iavenerint.

Rodaldus almficus patriarcha, obiit